

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Hermann Lembke

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Lembke/ I.U.  
Doctor & Professor. Ad Exequias, Quas Filiolo suo desideratissimo Iusto  
Bernhardo Taddeln, Parentes moestissimi Hodie ... paratas cupiunt, Omnes &  
Singulos Academiae Cives officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1654

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776809210>

Druck    Freier  Zugang



Lembke, H.

in J. B. Taddel.

Rostock 1654.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776809210/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776809210/phys_0002)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776809210/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776809210/phys_0003)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776809210/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776809210/phys_0004)



PROGRAMMA

120.

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HERMANNUS Lembke/

J. U. Doctor & Professor.

AD EXEMPLARIAS,

Quas

Filiolo suo desideratissimo

JUSTO BERNHARD  
DO TADDELN,

Parentes modestissimi

Hodie circa horam primam pomeridianam pa.  
ratus cupiunt,

Omnes & Singulos Academiæ Cives  
officiale invitat.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Academ. Typogr.

Anno 1654.

238



Um HOMERUS benè dixisset  
πάντας δέ την Φημί πεφυγμένον ἐμμέναι ἀν-  
δρῶν. i. e. Dico nulli hominum mortem  
vitare licere; ARCHI<sup>N</sup>US non  
peius dixit πάντων μὴν αὐτὸν γάμοις ὀφείλεται  
διπλαῖς, η τρέπεται η εἰς υστερον. i. e. Deberi  
quidem mortem omnibus hominibus, aut prius aut  
posterioris. Et optimè quidem. Quippe alium alio tem-  
pore fata apprehendunt, neminem verò prætereunt.  
Et Universi mortales, citò à naturā revocantur & con-  
duntur, nec de re, sed de die queritur; cum codem  
citus tardiusq; omnes ac singuli veniant, ac ad unam  
simul properantes metam, dispari saltē gradu ad ean-  
dem vadant. Nec mirum. Non enim idem universi fi-  
nis est. Alium in medio cursu vita deserit, aliud in  
ipso aditu relinquit, aliud in extremā senectute fatiga-  
tum, jām & exire cupientem, vix emitit; alio quidem  
atq; alio tempore, omnes tamen in eundem locum ten-  
dimus. Et quid obsecro vita hæc nostra aliud est,  
quam Scena? in quâ personam nobis ipsa imposuit na-  
tura, (ut Cicero inquit) magna cum excellentia præ-  
stantiāq; animantium reliqurum. In quâ scena, qui  
obsecro sunt auctores fabulæ alii, quam nos ipsi miseri  
homunciones? ad quos (ut cum Epicteto in Enchiridio  
C. XXII. scribam) pertinet, datam nobis personam  
benè agere, in hacce vitæ caducæ comædiâ; in quâ,  
alii ex tot tamq; diversis personis diutius hærent &  
loquuntur; uti vario munere & dignitate in hoc uni-  
verso

T U S , p . m . D . HEINO RIGIUS ,  
D . H E N R I C U S W E N D I N U S ; V i r i  
sanè ut celebres , ita non mediocribus gratiis ac non  
levi gloria dignissimi; licet inquam , auxiliatricem suam  
dexteram minimè denegarint ; nihilq; impensis cura-  
rint , quam ut hic beatissimæ memorie puerulus , in DEI  
gloriam , & parentum solatum diutius vixisset : Ni-  
*omnia remedia vana sunt juxta BIONEM* ) propero  
ictu , è numero viventium is ipse sublatus est ; nec aliter  
me hercule ! quam lascivâ viatoris prætereuntis manu ,  
immaturum pomum decerpitur . Et vix integro trien-  
nio elapso ; nempe 3 Nonar . Novembr . circa stam ma-  
tutinam , Anno M . DC . LIV . ex hac iudicra mundi &  
vitæ scenâ secessit . Quibus verò morbis , secedere ex  
eadem coactus fuerit , id facile quivis , è literis Viri Re-  
verendi , Excellentissimi Dn . SIMONIS PAULLI ,  
Medic . Doctoris , Sereniss . Reg . Majest . Daniæ , Norweg .  
&c . Medici aulici ac Prælati Arnhusiensis , & qui no-  
vissimè curæ defuncti hujus pueruli adhibitus fuerat ,  
intelligere poterit . Quas hic totidem fermè verbis in-  
seri curavimus .

Excellentiss . Clarissime Vir .

Dn . ac Amice honoratissime .

Q uem ex ZINZERLINGIA tuâ , honestiss . Matronâ , susce-  
pisti filiolum , ejus sane obitum , cum sub auroram hujus diei ,  
quam ex scenâ hinc excesserit , perfamiliarius adhuc ferrem , nisi  
ipsus scires mortalem te genuisse ; cuius acerbo & immaturo funeri  
cum exequias adornes , ac cire discupias , quæ morbi species , vix ossi-  
bus harentem ac ilia ducentem examinarit ? proin ipsius recordabe-  
ris non incassum quidem , ea filiolo præter morem vernibus scatenti ,  
propinata esse pharmaca , quæ dari verminantibus & ventriosis pueru-  
lis

lis assolent. Sed vermes leviculum; grandius adhuc & aliud sovir,  
intimis in visceribus, malum. Admiranda quippe & impnedicabilis,  
cum hepatis, tum lienis p. n. constitutio, illi nec fuit. Etenim cum  
citra ullius purgantis usum, sensim & quidem cum euphoria detumuis-  
set, hydropici instar illius abdomen distentum; olidis & surdo seu  
fœdō colore (sed honos præfandus est,) foriis excretis; musculosā  
carne abdominis ab hecīcā febri absuntā; membranosis, fibrosis,  
ac cutaneis deniq; partibus tantum relictis &c. ob insignem hanc & in-  
credibilem maciem; non solum ipsius hepatis vāgrandem tumorem, &  
in eō fissuram, germinanti umbilicali venā dicatam, cernere nobis sub  
cure licebat, sed quoq; pollicis ac indicis apicum compressu, cum con-  
vexam tum concavam hepatis partem, in dextrō hypochondriō, vestri  
filioli vivi adhuc & superstitis, vobis parentibus ac mihi, tam facile at-  
tingere erat, quam manus vertimus, aut iis complodimus. Quid?  
(rarissimum insuper recenseo exemplum) quod in finistrō hypochondriō  
lien itidem oppidō tumens, & justo decliviori loco situs, tactu præ-  
durus, transversim jacere conspiciebatur? Hæc ergo admiranda ho-  
rum viscerum scirrhosa constitutio, quid aliud portendere aut causari  
potius potuit, quam ut genius scitissimi hujus pueruli defraudaretur  
primulum, mox dein accidente hecīcā, totum corpus quasi liquefa-  
ctum sit, quam enormous illa & fidem propemodum superans atrophia,  
mors deniq; ipsa ultima rerum linea, infœcta sunt. Habes, quæ me  
ad te perscribenda rogasti. Tu vero, Virūm clarissime, amicorum  
ocelle, cogites velim, (ut Sulpitii Ciceronem consolantis verba huc  
transferam) hisce temporibus non pessime cum iis aetum esse, quibüs  
sine dolore licitum est vitam cum morte commutare: ac tuum esse,  
cum nullus dolor sit, quem non longinquitas temporis minuat atq;  
molliat, non expectare hoc tempus, sed ei rei sapientia tua te occurre-  
re. &c.

Nos jam quod attinet, Vos parentes mœstissimos  
in primis in hoc luctu maximo alloquimur. Nolite filio-  
li vestri licet egregiæ indolis & maximæ olim spei, tam  
celerem amissionem intemperantius deplorare. Con-  
gratulemini satius, quod tam citò, è calamitosâ peccati  
servitute, justis vindictis assertus sit in libertatem filio-  
rum

versi theatro , per annos aliquot defuncti mortales ;  
alii ostendunt se tantum & vix vocem edunt , uti in-  
fantes & pueruli , qui subito ex hacce mortalitate ab-  
sunt , altissimoq; quasi silentio , ex eadem transeunt ; &  
a quibus Natura (ut Senecæ Consol. ad Polyb. verbis  
utar) quæ vitam illis ipsis dedit , suo iure usa , debitum  
suum celerius exigit . Inter quos fuisse elegantissi-  
mum puerulum , JUSTUM BERNHARDUM  
Zaddeln / experientia ipsa nuperrimè docuit . Qui in  
hancee brevem scenam emissus erat ANNO M. DC.  
LI. 3. Eid. Novembris . Patre Vito Clarissimo & Ex-  
cellentissimo Dn. M. BERNHARDO Zaddeln /  
Græc. litt. Professore celeberrimo , Collegâ & Amico  
nostro plurimum honorando . Matre ELISABE-  
THA Zinzerlings / foeminâ virtutibus muliebrem se-  
xum condecorantibus conspicuâ : Avum paternum  
habuit BERNHARDUM Zaddeln / Civem & ne-  
gotiatorem , ac centum Virum hujus Reipublicæ inte-  
gerrimum . Aviam paternam CATHARINAM  
Schmilowen / matronam laudatissimam . Proavum  
paternum , ex una linea MICHAELM Zaddeln /  
Civem Gryphismolensem honestissimum . Ex alterâ li-  
nea Proavum paternum ELIAM Schmilowen / Ci-  
vem & Negotiatorem in hac Urbe integerrimum : Cujus  
uxor erat ANNA Bergmans / NICOLAI Berg-  
mans / Salinarum in hâc Provincia , & fossilis , utilisq; ce-  
spitis , quem vernacula lingua Zorff nominamus , primi  
auctoris ac ad inventoris filia . Avo Materno gaudere  
poterat scitissimus puerulus JUSTO ZINZER-  
LINGO , Jcto & Philologo insigni , Areopagi Meck-  
lenburgici Adsessore gravissimo . Aviâ maternâ AG.  
NETA Hanen / muliere pientissima . Proavo mater-

nò ex unâ linea clarius esse poterat. Dn. M. MICHA-  
ELE ZINZERLINGIO, Eschenbergensis in-  
primis, deinde Tungedanæ Ecclesiæ, in quadragesimam  
usq; tertium annum Pastore fidelissimo; & quod  
observationem meretur, Dn. M. JOHANNIS  
ZINZERLINGII, Wangenheimensis Ecclesiæ  
Pastoris, totiusq; illius Dioecesis Superintendentis  
gravissimi, ab ipso Sanctissimæ memorie Megalandro  
Dn. D. MARTINO LUTHERO, & BUGEN-  
HAGIO, ad officium Ecclesiasticum introducti filio.  
Cujus conjunx erat JUSTINA Brysmans/ famige-  
rabilis illus JUSTI LUDOVICI BRITSOMAN-  
NI, Gr. litt & Orat. in illustr. Salanâ Professoris cele-  
berrimi, filia. Proavo Materno, ex alterâ linea non  
inglorius esse poterat BERNHARDO Hanen/ Cive  
Rostochiensum non postremo: Qui Consortem vitæ  
& thalami obtinuerat ELISABETHAM Klingen/  
illius Viri vel totâ Europâ celebratissimi, Dn. BA-  
RTHOLOMEI Klingen/Jcti, Professoris ultra quin-  
quaginta annos emeritissimi, Consilarii Mecklenburgi  
cui eminentissimi filiam. Hisce præclaris & verè no-  
bilibus Parentibus ac Majoribus, in hancce Vitæ scenam  
progressus noster ~~pergimus~~ per Sanctissimum Baptismi  
lavacrum, pridie Eid. Novembris prænominati An-  
ni, Salvatori nostro CHRISTO JESU, prænomen  
præclari parentis, & utriusq; Præclarissimi Avi retinens,  
insertus fuerat. Integro fermè biennio, neq; absq;  
ingenti mœrore Optimorum parentum clinicus, mor-  
bisq; humanâ solertiâ ac curâ incurabilibus obnoxius  
erat. Cui licet antehac, insignes ac Experientissimi  
Medici, videlicet D. JOHAN. BELOVI-  
US, D. STEPHANUS SCHULTE-  
TUS

rum D E I ; quod tam celeriter ad suprēmū sempiter-  
næ salutis catumen per venerit ; quod tantā felicitate .  
hoc periculosisſimum miseriarum pelagus trajecerit ;  
quod tanta velocitate , & prius , quam fortiter militavit ,  
devicto hoste atrocissimo , tam gloriolam victoriam  
reportaverit . Perpendite satis immensam infantuli-  
vestri felicitatem , cujus tenelli pedes . & lubrica popli-  
tum internodia , licet nondum satis solidata , ad cælo-  
stem beatitudinem festinarunt . eamq; attigerunt .  
Deprædicate fortunam filoli vestri syayissimi , qui con-  
temnens infrasē terram hanc , omnis vanitatis , miser-  
iarum . inquietudinis abyssum ; & repudiāns punctum  
hoc , ferrō flammisq; divisum , à ferocitate , arrogan-  
tiā , omnibusque Furiis undique occupatum , augu-  
stissimo illi beatissimarum mentium cœtu est coopta-  
tus ; cui si optio daretur , indignum judicaret saltem  
suo intuitu , mundum huncce immundissimum , illamq;  
discensus sui horam , quām nos infestam ac funestam  
plexumq; imaginamur , sibi faustissimam decerneret .  
Cujus tenellum , tantaq; atrophia exhaustum corpuscul-  
lum , cum hodiernā horā primā , in sacrā Æde Jacobæ à  
sepeliri debeat . Vos jam Omniaū Ordinū Civis  
Academiae honoratissimi , officiose hoc programmatē  
invito ac per amantē rog , ut illud ipsum honorificen-  
tissimā vestra præsentia frequentissimoq; confluxu co-  
honestare velitis . Exhibitete hoc extreūm & supre-  
mum charitatis Christianæ officium , non solum jucun-  
dissimo olim puerulo , verum etiam Majorib; & Pa-  
rentib; , de hac Universitate , Republicā , Provinciā  
præclarè meritis ; utq; eos efficacissimā consolatione  
erigere , præsentem atq; acerbissimum animi moero-  
rem lenire ; deniq; , medicinam ac levamentum tantæ

confer

consternatorum pectorum ægritudini ; æternus ille  
omnium afflictissimorum mortalium Solator SPIR-  
TUS SACRATISSIMUS , clementissime lar-  
giri dignetur , devotissimo & verè Christiano corde  
obsecrate . P.P. sub Sigillo Rectoratus . Rosto-  
chi die 6. Novemb. Anno  
1654.

## Conventus fiet horâ primâ in Sacrà Æde Jacobæâ.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn776809210/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776809210/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776809210/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776809210/phys_0014)






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn776809210/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776809210/phys_0015)

**DFG**



rum D E I ; quod tam celeriter a  
næ salutis cacumen per venerit ; c  
hoc periculosisimum miserarum  
quod tanta velocitate , & prius, qu  
devicto hoste atrocissimo , tam g  
reportaverit . Perpendite satius  
vestri felicitatem , cuius tenelli pe  
tum internodia , licet nondum fat  
stem beatitudinem festinarunt .  
Deprædicate fortunam filoli vesti  
temens infrasæ terram hanc , om  
riarum . Inquietudinis abyssum ; &  
hoc , ferrò flammisq; divisum , à  
tiâ , omnibusque Furiis undique  
stissimo illi beatissimarum menti  
tus ; cui si optio daretur , indignu  
suo intuitu , mundum huncce imm  
discensus sui horam , quam nos in  
plerumq; imaginamur , sibi faust  
Cujus tenellum , tantaq; atrophia e  
lum , cum hodiernâ horâ prima , in  
sepeliri debeat . Vos jam Omni  
Academiæ honoratissimi , officio  
invito ac per ampler rogat , ut illud  
tissimâ vestra præsentia frequentis  
honestare velitis . Exhibitete hoc  
cum charitatis Christianæ officium  
dissimo olim puerulo , verum etia  
rentibus , de hac Universitate , R  
præclarè meritis ; utq; eos efficac  
erigere , præsentem atq; acerbissi  
rem lenire ; deniq; medicinam ac



the scale towards document

032

Patch Reference numbers on UTI

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.